Nobilis Joannes Hernigk de Hornia, et in Radziemkow
heres Actor, astitit terminum concitatum, ex admissione offi
praesentis Castren Nouae Ciuitatis Korczyn, contra Nobilem
Christophorum Rostkowski, in Oppido Opatkowiecz, pro tunc
degentem concitatum ad satisfaciendu per Ministerialem
terren, quater ultra formam iuris clamatum, et iuri nec per se, nec
per alium quempiam comparentem iuxta suam concitationem li-
teralem Castren Nouae Ciuitatis Corczin, ad satisfaciendum. Cuius
concitationis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Nicolaus Mieliecki a Mieliecz, Pallatinus terraru Podoliae
Nouae Ciuitatis Corczin, Grodecensisque Capitaneus. Tibi No-
bili Christophero Rostkowski, in Oppido Opatkowiecz pro
tunc degen, tam de persona tua quam de bonis tuis omnibus mo-
bilibus et immobilibus Mandamus vigore Regio, et nostro
Capitaneali ex officio, quatenus coram nobis seu officio nro
Castren Nouae Ciuitatis Corczin, in terminis Quaerellarum seu
Iudiciis Causarum officii feria secunda proxima, ante nunc
proxime instans festum Sancti Thomae Apostoli celebrandis
in Castro Nouae Ciuitatis Corczin, personaliter et peremptorie
compareas. Ad instantiam Nobilis Ioannis Hernigk de Hor-
nia et in Radziemkow heredis. Qui te concitat ad przypomie-
scza ad satisfaciendum sibi pro poena seu poenis, pro qua
te, seu quibus in terminis Quaerellarum seu iudiciis Causarum
offij nostri praedicti Castren in Castro Nouae Ciuitatis Corczin
iam praeteritis coram officio nostro Castren in suo lucro pro
toto in termino peremptorio iudlr seu officiose condemna-
uit, iuxta suam citoem lralem Castren Nouae Ciuitatis Cor-
czin, secundam, qua te citauerat in haec verba. Qui te citat
secundo prout te condemnauit in poena contumatiae, coram
officio nostro Castren Nouae Ciuitatis Corczin, feria secunda
proxima, post festum omnium Sanctorum proxime pteritum
in termino pmo facionato, tibi per Prouidum Iacobum Piethak
de Grothniki, Ministerialem terren Gnalem Regni, verbote-
nus dato, et assignato, coram officio nostro Castren, in Ca-
stro Nouae Ciuitatis Corczyn comparendi, qua te citauerat
pro eo. Quia tu tempore certo iam pterito rapuisti, et recepisti,
sibi vi, et violenter more pdonico, et spoliatorio, octo boues,
ipsius proprios, diuersi coloris, maiacze znaki na Xlalth
krokwij na biedrze lewey, in via libera, publica in campo pro-
pe Opidum praefatum Opatowiecz, ex grege triginta boum quos
in nundinis Opatowiecen emptos, Honestus Joannes Brenner ex
famulus praefati Nobilis Ioannis Hernigk, in domum eiusdem
domini sui pellebat, ex quibus octo bobus, per te ei sic ut pmissu
est raptis, et receptis praefatus Ioannes Brenner ex parte pra-
fati domini sui sex arestauit, et preuenit in Curia Gnosi Spithek
Jordan Rothmagistri Sac. Regiae Maiestatis, in Oppido pfato
Opatkowiecz per te, in eandem Curiam abactos, duos vero non
praeuenit, ut eos sic arestatos, coram nobis seu officio nostro in
Castro Nouae Ciuitatis Corczin, pro die seu termino tibi verbotenus

dato, iuxta statuti Regni disponentiam statueres Ideo te citat ad
videndum, et audiendum, nos seu offm nostrum, Castren' Nouae Ci-
uitatis Corczin, te ad statuendum coram officio nostro Ca-
stren' predictos octo boues, ad restituendumque eosdem p'dicto
Actori, nec non et in poenis praedonibus et spoliatoribus iuri
communi Regni sustinen[dis] propositis condemnari prout tibi
in termino aduenien' haec omnia latius deducentur vobis iudi[cia]li
seu officialiter satisfacturus. Datum in Castro Nouae Ciuitatis
Corczin feria tertia in vigilia festi Sancti Nicolai Anno Do-
mini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo primo

Et offm' prns Castren' Nouae Ciuitatis Corczin post huius-
modi termini concitati afficionem, ad satisfaciendum fa-
ctam per prefatum nobilem Joannem Hermigk Actorem, con-
tra praenominatum Chrophorum Rosthkowski concitatum
visa contumatia, et rebellitate eiusdem Chrophori Rosth-
kowski concitati, decreuit et presen' decreuit ipsum Chrophoru'
Rosthkowski concitatum iureuictum capien' vbicunque inue-
niri, eiusdemque copia haberi poterit et vltimo supplicio pa-
tibuli afficien' esse, Cuiusquidem prntis decreti exequutione
hoc ipsum offm' prns Castren' nouae Ciuitatis Corczin facturum
se obtulit, si ipse Chrophorus Rosthkowski iureuictus, sub
Jurisditione prntis Capitaneatus Nouae Ciuitatis Corczin in-
ueniri poterit Quodsi vero in ea inueniri non poterit, Extunc
hoc ipm offm' prns Castren' nouae Ciuitatis Corczin, remisit et
presentibus remitit, ipsum nobilem Joannem Hermigk Actore'
Iureuictoremque ad loci Capitaneum, seu locorum Capitaneos,
sub cuius seu quorum iurisditione ipse Chrophorus Rosth-
kowski concitatus, iureuictusque inueniri eiusdemque copia
haberi poterit, pro huiusmodi prntis decreti exequutio'e fa-
cienda.

Actum in Castro Nouae Ciuitatis Corczin feria secunda
ante festum Sancti Thomae Apostoli proxima Anno Do-
mini Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo primo